Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema III.

urn:nbn:de:bsz:31-130978

Visual Library

4. Non itaq; maledicamus aut indignemur Adamo, ſed potius Diabolo. Et illi aduerſemur perpetuo. Indignemur noſtris peccatis. Thren. 3 v. 39.

5. Chriſto autem liberatori & redemptori agamus gratias, quod is deuicta morte credentibus vitam reſtituit. Oſe 13 v. 14.

Et quod mortem æternam in temporalem mutauit: atque ex illo puluere terræ, dulcem fecit quietem in quo corpora beatorum tanquam in cubilibus ſuauiter dormiunt. Eſa. 56. in fine. Apocal. 14. v. 13. Dan. 12. v. 2.

6. Maxime veró, quod ex terra nos eſt ſuſcitaturus ſuo tempore. Granum. 1. Cor. 15. Dan. 12. v. 2.

7. Interim tamen quia in puluerē ſumus redigendi, non ſuperbiamus: Cum res viliſſima ſimus Sollen hinderſich dencken/ Syr. 10. v..... Terra & cinis Ge. 18. v. 27.

Veteres dixerunt Quis ſis, quis fueris, quis eris, ſemper mediteris.

FINIS.

THEMA III.

Ex Geneſ. 5.

Et mortuus eſt.

Diſpoſitionem huius Thematis vide ſupra, Claſſe II, Num. I. Sequitur ergo

THEMA IV.

Geneſ. 5. v. 24.

De Translatione Henochi in Cœlum, &c.

DISPOSITIO.

Hiſtoria hæc breuis, ſed admiranda eſt, virum nobis deſcribit mirabilem, de quo Syr. 49 v. 16. Nemo in terris ſimilis Henoch, qui de terra ſublatus eſt: ſcilicet in cœlū tranlatus, à Deo, mirando & nobis incognito modo. Alioquin & Elias in cœlū viuus translatus eſt, ſed quomodo